
ARNOLDI GERARDI LAURENTIANI, FLANDRI, DE FIDE...

Arnold Gerardi





[redacted]



A



ARNOLDI GERARDI LAVRENTIANI, FLANDRI,

DE FIDE CATHOLICA Liber vnus,

AD REVERENDVM DOMINVM, virumq; integerrimum, D. Martinum, Abbatem Vterouallensis monasterij, quod vulgò Eusserthal dicitur, studiosorum vnicum Mœcenatem.



COLONIAE
Apud Maternum Cholinum,
Anno M. D. L V I.

AMPLISSI MO DOMINO, AC RE VERENDO IN CHRISTO PA-
tri, D. Martino Abbati, Domino suo
clementissimo S.



I respondere potius ... me meritis, quàm a... mei erga te propitiu... declarare voluisse, obseruâde Pat... haud facilè lucubrationes meas C. V. dedicauissem. Ea eñ in me offi... orum magnitudo existit, vt respon dere vnquàm illis, in mea nō sit facultate. Has tamē primitias pro humanitate sua C. V. boni cósulat. Val dē autem celsitudinem V. oro, ne muneris vilitatem potius, quàm datoris animum intueatur.

Ex Vterina Valle, 1555. idib. Octobr.

ARNOLDVS GERARDVS BENEVOLO LECTORI S.



Olim existimes, optime Lector, captandæ alicuius existimatiõis gratia de fide Catholica librum hũc à me esse conscriptum, cum pluri hac de re libri ornatè simul & grauiter positi extent: verùm hæc nostri consi tio semper fuit, vt ea quę copiosè ab alijs ita essent, hoc veluti fasciculo comprehẽrentur. Cum enim tanta sit christianæ veritatis cognoscendæ necessitas, multique eius authores vel ob prolixitatẽ, aut inanis philosophiæ nimiam affectationẽ negligantur, (id enim homines celerrimè amplectũtur, quod breuitatis speciem præ se fert, ac in luce versatur,) operæprecium fore duxi, ea quæ à Maioribus aliquando audijssem, aut lectione cõsequutus fuissem, in compendium redigere, alijsq; communicare, cùm omnia quæ agũtur, in communem hominum vsum fieri debeãt. Qualemcunq; igitur hanc nostram opellam lector, quæso vt boni consulás.

Vale.

FIDES

FIDES OPERIBVS CONIVNCTA, CAP. I.

FIdes(quam græci πίστιν nominant) est certus oraculorum Dei consensus ac persuasio: at quemadmodum sine ea nulla salutis spes est, ita nullam si rectis operibus illustrata non sit, ad vitæ æternæ beatitudinem viam aperit: Ea enim est fidei, bonorúmq; fructuum ratio, vt cõiuncta perpetuã ad fœlicitatem quempiam euehere possint. Primus autem ad Deum gradus est, diuinæ promissiõis assẽsus: Dei enim promissum eum arripit humanus animus & credit, fide & credulitate se reiicit in Deũ. Porrò necesse est eam in homine esse viuacissimam, non frigidã autem, nihil enim hæsitanti prodest: sed eximiæ fidei quæ vis sit, declara-

Roma.6. Iaco.2. Galat.6. Hebr.6. Hebr.11. Roma.4. Matth.14. Iacob.1.

Gen.15. uit Abrahæ & Saræ sterilitas. Abra-
Gen.13. hæ enim mortuũ corpus, quòd ver
bo credidisset, sic vegetauit dominus, vt ad generationẽ non esset ineptum. Modicæ è contrà fidei ho-
Matth. 16. mines multis in diuino opere testi-
Matth. 8. moniis repelluntur.

Qrandus igitur Deus est, vt nõ solum fidei scintilla nobis preluceat, verũ inextinguibili eius ardore singulos accendat, eo enim modo fiet, vt fidei copulet dilectio, quæ (quia
Gal.5. Spiritus sancti munus est) ad benè beateq; viuendum acres stimulos additura est: quod nisi fiat, temerè
Rom.13. immortalitatis stipendium, in beatorum consortio, à Christo expectabimus. Sicut enim illi, qui sine
Rom.15. professione Christi à viciis se cohibent, in viciis tamen esse creduntur: ita fidem habentes perperàm agunt,

agunt, nisi ea bonis operibus approbentur.

DE IIS QVORVM ESSE DEBET INDVBITATA PER suasio, Cap. II.

Sed quoniam salutis initium, fidẽ esse diximus, sequitur vt ea, quę vno Christianæ reipublicæ cõsensu hactenus in fide fuerunt, breuiter explicemus. Conuenit itaque hanc confirmatam animo de Deo habere opinionem, nihil esse eo prius aut posterius: tres in eo subsistere proprietates siue personas, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, easque proprietates æquali portione diuinitatis esse donatas. Cæteros verò qui ab hominibus coluntur, Deos, mera esse idola, nihilque in eis esse momenti, præter materiam ingeniumq́; artificum,

Psal. 6. Psalm. 58. Rom. 12. Psal. 15. Psal. 146.

cum,& cùm figuræ sint ab omi fun
ctione inanes,ne hominis quidem
dignitatem illis repræsentari. Ne-
cesse igitur est, vt omnibus relictis
antiquitatis erroribus,vnicum esse
Deum asseramus , eumq; infinitū,
immensum,qui verbo vniuersa fin
Gen.1. xerit, qui & beneficiorum quen-
Roma.1. dam oceanū in creaturas suas indi-
es effundit.Sed cū primi nostri pa-
rentes ob peccatum Dei iram incur
rissent,& tantam animi propensio
nem & munificentiam à se auertis-
Gen.3. sent, morti insuper adiudicati es-
Ephe.2. sent, in eandem sententiam quic-
quid ab ipsis procreatum fuerat,in-
Roman.5. cidisse, eidemq; censuræ obnoxiū
fuisse creditur, in eum vsq; diem,
Esa.9. quo vnigenitus Dei filius relicto di
Mich.9. uinitatis consortio,assumptaq; hu-
Esa.7. manitate, in illibatæ virginis vteru
Ephe.2.

descen-

defcenderat, vt poftquàm à Iudæis morti addictus,& cruci fuffixus fuiffet,Adæ lapfum reftauraret,humanáq; natura fublimaret. Porro hic Luc.1. certo confenfu teneantur,quæ primarii verbi dei miniftri confirmauerunt,Mariam fcilicet Iefum abfque vllo virginitatis detrimento cõcepiffe,fed altifsimi virtute obumbratã fuiffe, vt fancto Spiritu admirandum hoc opificium cõtexente, humanum genus de damnata Adę natiuitate affereretur. Perfuafum Matth.24. præterea fit, Chriftum probris affe Mar.15. ctum,& cõtumelia grauatum, per- Luc.23. peffaq; Iudęorũ rabiofa tyrannide, Ioh.19. ad ignominiofifsimã in cruce mortẽ prępoftero iudicio dãnatũ fuiffe, promiffamq; infernatibus falutem Colof.2. attuliffe, &ab inferni legibus vin Ephe.4. dicaffe,cœlos repetiuiffe, vnde ali- Rom.8.

Act. 2. quãdo reuersurus, de vniuersa Adæ
posteritate sentẽtiã feret, iustos am-
Mat. 24. plissimis præmiis prosequuturus,
Luc. 21. impios vero cõtinuis gehennæ sup
Marc. 13. pliciis addicturus.
1. Cor. 15. Sed ad hęc, indubitata sit etiã in
1. Ioh. 5. Spiritum sanctũ fides, qui innume
ris Christianos milites afficit bene-
1. Cor. 2. ficiis, aduersus hostis machinas ro-
bur confert, ingeniũq; suppeditat,
Luc. 4. charitatẽ inflammat, mentẽ in ve-
Act. 2. ritate cõfirmat, corroborat, mutua
Prouer. 14. charitate conglutinat linguasq; cœ
1. Cor. 1. lesti facũdia locupletat, semper iis,
qui ad Ecclesiam peruenerunt, prę
Heb. 3. sentissimus. Vna etiam eaq; Catho
Heb. 6. lica sit Ecclesia, in qua Christo per
fidem conciliati homines thesau-
rum habent ad omnes ex æquo per
tinentem, & quia non semper va-
cui à viciis esse possunt, delictorum
remis-

remiſsionem conſequútur,& mortem,licet obierint,in corporis animæq; cõtuberniũ reuocabuntur,vt perpetuæ fœlicitati,ſi legitimè certauerint,ſui autem vicioſam vitam traduxerint,infinitis ſuppliciis adiudicentur.

DE RECTIS CHRISTIANI HOMINIS OPERIbus, Cap. III.

ATque de óperibus dictum eſt, ab eis alterã noſtræ ſalutis partem exiſtere, vt ſiquæ benè cũ dei volũtate geſsiſſe videamur, noſtro ingenio minimè adrogemus,ſed diuinæ benignitati accepta feramus: tum enim vel maximè Dei clementiã rebus benè geſtis demeremur, cùm eas vni ipſi adſcribimus, noſtriſq; virib° minimè attribuimus. Sed homini Chriſtiano decem viuendi

1. Cor. 4. Heb. 6. Mat. 9. Exod. 20.

uedi pręcepta tradita sunt, quæ breuiter quid sequendum, quid fugiendum sit, in se continent. Principiò igitur, vbi deum cognouerimus, totā animi nostri fiduciam in eo collocabimus, in rebus nostris aduersis ad eius vni⁹ opē cōfugiemus: tātoq; eum amore prosequemur, vt præ eo cætera prorsus omnia negligamus, tantaq; alacritate erimus, vt nullius rei studio ab eo nos abduci patiamur. Ab officio enim alienissimi sunt, qui vel animi potētia, aut corpore bene affecto, aut facultatibus prudentiáve freti, à deo longius sese remouent, aut sibi ipsis aliquo alio modo tantùm tribuūt, vt diuinæ benignitatis parùm indigere videantur. Proximum vero est, vt sanctum dei nomen in summo honore habeamus, & solenni tantum

Matt.19.
Exod.20.
Deut.6.
Eccle.2.
Reg.18.
Sap.16.
Matt.5.
Iac.5.

tum de causa vsurpare audeamus: quicunq; enim ridiculè aut leuiter, nominis eius appellatione rem cōfirmant, in graue crimen incidunt: qui autem in fraudem & scelus deum inuocant, non procul à flagitio abesse existimātur. Cauendum insuper est, ne rē friuolam dei nominis inuocatione confirmemus, aut diuinum eius verbum ad calumniā magis, quàm ad vitam rectè instituendam perlegamus: & maxime, ne methodos potius, & rationis compēdia sectemur; quàm diuinarum literarum præscriptum. Vt autem sacris literis instituamur, ab externarum rerū solicitudine religiosis dieb⁹ prohibemur. Vult enim deus nostræ eos saluti, fratrūq; dilectioni impendi. Atq; hactenus de iis, quæ ad deum pertinent. Quemadmodum

1. Tim. 2.

Exod. 20.

Num. 28.

Matt. 12.

Leui.19. modũ autẽ ardẽti in deũ amore esse
Luc.6. iubemur, ita etiã vt fratres pari im-
Mat.5. becillitati obnoxios, puro amore
ꝓsequamur necesse est. Si enim ita
nos cõparauerim⁹, vt in vniuersos
quàm optimè sim⁹ affecti, facilè in
officio manebim⁹: quis enĩ amico
manus inferet? quis amici spoliis ꝓ
prias augebit facultates? quis ei vir-
Exod. 24. gini, cui bene consultũ vult, pudici
Deu.5. tię spoliũ inferet? quis ad amici cõ-
Mar.9. iugẽ, aut rem familiarẽ animũ adij-
ciet? parentiq; non plurimum offi-
cii tribuet? atq; hæc omnia nostri
Tim.1. officii esse meminerimus. Plurimũ
Heb.13. ergo ad vitã facit dilectio, quã qui
non fouet, statim à rebus agendis a-
uocabitur, ac quemadmodũ ea om
niũ bonorũ fons est & origo, ita om
niũ malorũ lerna ab odio proficisci
tur. Necesse tamẽ est, vt apud omes
iusti-

iustitiæ cultus sit, vt benignè omni bus fiat, etiã iis, quorũ nullis sumus Luc. 12.
officiis obligati, aut quorum multa Luc. 6.
in nos acerbè dicta aut facta extite- Mat. 5.
runt. Quamuis nec nobis ipsis curæ esse poterimus, nisi mutua societas, coniunctioq; seruetur: quũ immensa viciorũ colluuies priuatæ salutis studio reprimatur. Scilicet, ne quid libidinose faciam⁹ aut cogite- Rom. 1.
mus, ne ab oratiõe intermissio fiat, Rom. 2.
ne iracũdia aut furore concitemur, ne animos subleuemus, aut ad rẽ si mus attẽtiores. Optimè itaq; fecisse putabim⁹, si deo freti, ab omnib⁹ vitiis nos cohercentes, communi hominum vtilitati inseruiamus.

LIBERAM IN HOMINE ESSE VOLVNTATEM, Ca. IIII.

SED cùm nonnulli arbitrentur, maiora hæc esse præcepta, quàm

quàm vt humanis viribus ferantur: Ose.10.
nec desint alii, qui legis obseruatio- Eccle.9.
nem vt inutilem aspernantur, vt Rut.1.
horum opinionem prius euidẽter
reiecimus, ita illorum æquè temera-
riam minuere conabimur. Quam-
uis autem ea sit hominum imbecil-
litas, vt ab ipsis statim incunabulis
in omnia vitiorum genera inci- Isai.59.
dant, nec minus ætate iã prouectio- Isai.32.
ri ab illis auocentur, tamen aliquid Leuit.24.
ab homine benè fieri potest. Sed tã-
tam inesse homini cæcitatẽ, vt pro-
priæ libidini obediat, omniaq; pro- Hier.5.
priis commodis metiatur, quis est
qui non videt? propria autem libi-
dine eò abduci, vt omnis eum cum Psal.51.
virtute coniunctæ actionis obliuio
capiat, nemo ambigit: atq; hæc cũ
ita sint, facilè hac de re iudicari po-
test. Si enim homo voluptates prę-
termit-

termitteret,& optima volũtate eligeret, accedẽte diuinæ gratiæ præsidio, innatam illam ad vicia procliuitatem superare, & legem obseruare posset. Condidit autem hominẽ Deus cũ volubili ad vitia & virtutes voluntate,vt ea declinet, quæ noci- *Eccle. 15.* tura videntur,omniaq́; quę sunt ad *Deute. 30.* benè viuendum necessaria,rationis *Gene. 4.* beneficio seligat. Nam temerè rati- *2. Reg. 14.* *Esai. 46.* onis(qua totius vitæ cursum videt) *Mat. 19.* particeps hoc animal esset, si prin- *1 Corin. 7.* cipiis,& causis rerum earumq́; pro- *2. Corin. 9.* gressibus consideratis, fugiendisq́; *1. Pet. 1.* *Ad Philem.* & sequendis rebus probè cognitis, *Mar. 14.* ad nihil eorum omniũ, quæ sensu *Oseæ. 13.* percepisset, se accõmodare,nihilq́; *Ioan. 6.* *Nume. 30.* eorũ eligere valeret, quæ potiora esse *Esai. 56.* se cognouisset.Est ergo in homine *Mat. 25.* volũtatis libertas,quę tamẽ sine cœ- *1. Cor. 13.* lesti gratia inefficax esse estimatur.

Dei autem præſcientiam hanc libertatē interimere non neceſſe eſt:
Hier. Gen. 4. permittit eñ noſtro nos arbitrio,
quamuis ipſe quid eligeremus, præ cognouerit. Nā ſicut ipſi eſt certus rerum omnium euentus, ſic etiam
Rom. 11. quęcunq; aliquando in animo haberemus, ab initio præſciuit: non impedit tamē, quin minus ea, quæ collibuerint, voluntate eligamus.

DE ADIVVANTE GRATIA, CAP. V.

INeſt ergo homini vis cognoſcendi, & vis, qua perſequitur vel refugit, quę cognouit, ſed fieri non poteſt, vt in meliorem partem pro-
Iob. 3. Hier. 10. penſior ſit, ſi auxiliante gratia deſtituatur: vbi autem in potiorem par-
2. Corin. 3. Act. 10. tem declinauerit, opitulante gratia perſeuerare poteſt, & quod facere decreuerat, ad effectum deducere.

Verũ

Verũ nonnunquã accidit, hominẽ gratiæ se subducere, si adhortatẽm negligat, aut meritis suis adroget, quod diuinæ gratiæ beneficio accepit. Atq; hinc fieri arbitror, vt tanta hominũ multitudo in omnium vitiorum sentina detineat, non prius emersura, quàm om̃e animi studiũ ad gratiam operantẽ accommodet.

DE VIRTVTE ORATIONIS, CAPVT VI.

IN multis autem, quibus imbecillitati nostræ diuinũ auxilium cõciliari potest, oratio principẽ facilè locũ obtinet. Multa enim tradita sunt, quibus Dei beneuolẽtia erga nos cõparari potest: vt carnis mace- *Hier. 33.* rationẽs, facultatũ in eos, qui indigẽt *Iob. 5.* collatiões, Nihil tamẽ de om̃ib⁹ est, *Thob. 12.* quo toties à Deo prouocemur, e- *Iob. 33.* tiã amplissimis propositis pręmiis, *Rom. 6.* *1. Cor. 9.*

 quàm

Gal. 5. quàm, vt diuinas aures assiduis pre-
Colos. 3. cibus fatigemus: neq; solùm prouo-
Act. 1. camur, verumetiam, si vllam modò
Rom. 8. nostræ salutis rationẽ habuerimus,
ad orationem compellimur. quam-
uis enim in nos benigno animo
Hier. 33. deus beneficia conferat, gaudet ta-
1. Reg. 2. men orãdo inuocari, & inexhaustũ
Exod. 17. eius benignitatis fontẽ à nobis ag-
Iosu. 6. nosci. Verùm in hoc genere vitia
3. Reg. 8. declinãda sunt. Sæpe enim cõtingit
repulsam pati, eò quòd ad orationẽ
animum non præparauerimus, sed
mente peregrinanti & in varias co-
gitatiões distracta, ad gratię thronũ
accesserimus. quod viciũ effugere
qui volet, (omnes autẽ vt velint ne-
Iac. 4. cessariũ est) adhibebit prius aliquid
Luc. 6. temporis ad eã rem cõsiderandam,
Esai 19. quam petiturus est, an videlicet cõ-
Eccl. 19. ducere videatur: cõducet aũt, si aut
ad

ad honorē diuini nominis, aut animæ nostræ salutē pertineat: peccaſ hic à multis, qui ſi fortè in incōmodū inciderint, aut aliquo morbi genere afficiātur, deū inani murmure obtūdūt, vt firmi euadāt, antequā ad ipſorū ſalutem hoc facere probè intellexerint. Conueniebat hic magis in animū inducere, hoc modo, dei clementiā hominū vitā à vicüs reuocare. Alii ſunt, qui auri copiā, aut diuitiarū infinitā multitudinē à ſuperis petunt, ignari, quantum, ſi voti compotes fierent, malorū fomitē impetrauiſſent: ſed optimum orandi exemplū à Chriſto nobis propoſitū eſt, vnde optimæ precandi formulæ à fidelibus hauriūtur. Videndum pretereà eſt, ne homo precaturus, cū terreni principis ad colloquium ſumma cum veneratiōe adeat, Rom. 8. Iob. 9. Luc. 6. Luc. 11. Mat. 6.

Eſa.29. cœleſtem regem ruſticè aut leuiter
Marc.15. interpellet. Quod quidem non fa-
Eccl.28. ciet, ſi prius omnem inuidiã ex pe-
Iudith 9. ctore amouerit, ſi ira nec efferueſ-
Prou.1. cat, nec aliquid magni de ſe cogi-
Hier.5. tet, neq; in viciis amplius hærere ſta
Iob.35. Iac.4. tuat. Alterum eſt vicium, ne fide du
Eccl.18. Luc.6. bii ſim⁹, & quaſi de diuina promiſ-
ſione incerti: fieri enim nõ poteſt,
Mat.21. vt accepta Deo ea ſit precatio, quæ
Iac.5. Iac.1. ab animo hæſitanti & fluctuãti pro
ficiſcitur. His itaq; viciis declinatis,
videndum eſt, vt in oratione per-
ſeueremus, cogitationeſq; illas de-
clinemus, quibus animus ab illa ab
ſtrahi poſsit. Nihil enim æquè dia-
bolus in nobis extinguere cona-
2. Cor. 12. tur, ac aſsiduam Dei inuocatiõem.
Pſal.50. Ille namq; noſtro conatui, vnà cũ
Zac.3. mundi ac propriæ carnis illecebris
Matt.4. 1.Petr.5. obluctatur ac renititur, nullumque
præſen-

præſentius oratione remedium aduerſus eius inſultus homini cõtingere videt: ac quoniam nullo noſtro conſilio, aut opere, aut ſtudio à tentatione tuti eſſe poſſumus, neceſſe eſt, vt alacriter & ſumma animi fiducia in oratione vigilemus. Luc. 8. Luc. 12.

DE CARNIS MACERATIONE, CAP. VII.

QVoniam verò à luxuria omnis mali congeries proficiſcitur, ſumma ope niti nos cõuenit, vt nobis inditã luxus cupiditatem extinguamus: nullaq; id meliore ratione conſequemur, quàm ſi appetitum edomuerimus, vt ne nimiũ appetat, & aliquãdo minꝰ etiã, quàm appetat, ei largiamur. In omnibus tamẽ habẽda eſt rectæ valetudinis ratio, qua aduerſa nihil rectè fieri poteſt: cerebri enim functiones impe Mat. 2. Luc. 14. 1. Cor. 6. Luc. 5.

Esa.29. cœlestem regem rusticè aut leuiter
Marc.15. interpellet. Quod quidem non fa-
Eccl.28. ciet, si prius omnem inuidiā ex pe-
Iudith 9. ctore amouerit, si ira nec efferues-
Prou.1. cat, nec aliquid magni de se cogi-
Hier.5. tet, neq; in viciis amplius hęrere sta
Iob.35. tuat. Alterum est vicium, ne fide du
Iac.4. bii sim9, & quasi de diuina promis-
Eccl.18. sione incerti: fieri enim nō potest,
Luc.6. vt accepta Deo ea sit precatio, quæ
Mat.21. ab animo hæsitanti & fluctuāti pro
Iac.5. ficiscitur. His itaq; viciis declinatis,
Iac.1. videndum est, vt in oratione per-
seueremus, cogitationesq́; illas de-
clinemus, quibus animus ab illa ab
strahi possit. Nihil enim æquè dia-
bolus in nobis extinguere cona-
2.Cor.12. tur, ac assiduam Dei inuocatiōem.
Psal.30. Ille namq; nostro conatui, vnà cū
Zac.3. mundi ac propriæ carnis illecebris
Matt.4. obluctatur ac renititur, nullumque
1.Petr.5. præsen-

præsentius oratione remedium aduersus eius insultus homini cōtingere videt: ac quoniam nullo nostro consilio, aut opere, aut studio à tentatione tuti esse possumus, necesse est, vt alacriter & summa animi fiducia in oratione vigilemus. Luc. 8. Luc. 12.

DE CARNIS MACERATIONE, CAP. VII.

QVoniam verò à luxuria omnis mali congeries proficiscitur, summa ope niti nos cōuenit, vt nobis inditā luxus cupiditatem extinguamus: nullaq; id meliore ratione consequemur, quàm si appetitum edomuerimus, vt ne nimiū appetat, & aliquādo min⁹ etiā, quàm appetat, ei largiamur. In omnibus tamē habēda est rectæ valetudinis ratio, qua aduersa nihil rectè fieri potest: cerebri enim functiones impe Mat. 2. Luc. 14. 1. Cor. 6. Luc. 5.

diuntur, animæq; vires suo fructu carent. Verum hic ne nimiùm nobis indulgeamus, necesse est, pluri-
1. Cori. 2. mum enim confert, aliquādo à nu-
2. Corin. 1. trimentis (nam de certo ad id constituto tempore post tractabimus) abstinere: neq; solum spiritus vigor inde existit, verùm ad honestas Deoq; acceptas actiones plurimū quoque adfert adiumenti. Atq; nō me-
Exod. 32. lius huius rei fructum videbimus,
Deut. 21. quàm ingentium incōmodorum,
Prou. 21. quæ gula progignit, comparatiōe: omne scilicet libidinum genus parit gula, abstinentia verò reprimit:
Esa. 28. Oscitantia deniq; ingeniiq; hebetu
Gal. 5. do ab illa existāt, alacritas è cōtra, sen
Hebr. 12. suumq; vires ab hac progrediūtur. Est autem facilis omnis cibi deside rii coarctatio, quum tot eò præmiis
Esa. 9. incitemur. Huiusmodi quoq; affli-
Iud. 20. ctio

ctio insperatam frequenter maioribus nostris salutem attulit, nobis quoq; allatura, si voluntate fiat, & non ad captandas hominum voces suscipiatur. Mat.4.

DE MVTVIS HOMINVM INTER SE OFFICIIS, CA. VIII.

Duplex omninò est hominum genus, alterum eorum qui indigent, alterum verò eorū, qui officio aliis prodesse possunt. Decet verò, vt in omnibus, illi, qui alios iuuare possunt, munus suum non negligant. Tam enim ille in vitio est, qui calamitosum despicit, & relictū sinit, si opitulādi facultatem habeat, ac si semetipsum in calamitate viuere pateretur. Neq; tantū opibus aut re familiari nostra alios inopia leuare, verumetiam opera, virtute, industria, ingeniiq; facultate in om̄es be- Deut.15. Tob.4. Eccle.4. Ecc.29.

neficí esse debemus, si vt modò dixi, in nobis positū sit. Tristitia igit affectos consolatione, dubios consilio, ignaros sciẽtia iuuare, nostri muneris est. Latè verò patet ea benignitas, quą pecunia benè fit indi-
Hebr.3. gentibus: nam captos redimere, æs
Prou.23. alienum causa aliorum suscipere,
Math.25. in filiarum collocatiõe eosdem ad-
Luc.3. iuuare, & si in domum nostram di-
Isa.25. uerterint, benignè præbere omnia,
Luc.9. tenuiores locupletare. In eo genere continentur, quæ cuncta, nisi ab humanitate alieni erimus, facere adnitemur, & cõferre non in amicos
Matth.5. tantùm (sic enim facere iubemur) verùm etiam in eos, à quibus fuerimus lacessiti iniuria.

Luc.6. Sed cauẽdum est, ne largitiõibus
Prou.28. hominũ beneuolentiã cõsectemur: Deus eñ tali studio offenditur, qui omnem

omnē gratiā à se vult expectari, vtpote q cū fœnore beneficia in pauperes collata est remuneraturus. Ergo vnius ad comparandā beneuolentiā, in pauperes facultates cōferamus. Sicut em̄ ignis ab aqua extinguitur, ita vicia nostra ob crebras largitiones à Deo remittuntur. *Dani. 4.* *Thob. 12.* *Eccle. 3.* *Prou. 3.*

DE IIS QVIBVS IVSTIFICATIO TRIBVITVR, CA. IX.

PRincipiò fidem sine operibus esse mortuā, sacris testimoniis abundè construximus, vnde patet eius vnius auxilio neminem iustificari posse, qui ratione vtitur. *Lege Iacobi Epistolā.* *Matth. 7.*

Infantibus autē, eisq;, qui rationis adminiculo totā vitā caruēre, baptismi efficacia medelā cōfert. Persuasissimum em̄ est, originalē illam leprā salutifera regenerātis aquæ ablutiōe mundari, tantūq; gratiæ cōferre, *1. Cor. 13.* *1. Corin. 6.*

re, vt intelligendi munere priuati, Dei fauore muniātur, & æternę beatitudinis hæreditatem consequantur. Parit autem hāc iustitiā CHRISTI sanguis.

Verùm alia longè est in iis, qui rationis vsum habent, iustificatiōis ratio: coguntur enim illi, si ad iustitiā peruenire volūt, fidem habere, sperare, & diligere, quæ à se inuicem q̄ lōgissimè abesse Corinthios docet
1.Cor.13. Apostolus.

Neq; autem sufficit credere, qua
1.Iohan.3. virtute & dęmones pollent, verùm etiā Deo fidere, eiusq; amore ardere necesse est, quia ex spe & charitate fidei copulatis gratia cōstat, quæ iustos facit. Illi verò qui sola animi existimatiōe finiunt iustitiā, vnicæ salutē fidei tribuentes, valdè cęcutiunt: nā hac voce oēs virtutis partes

tes cõprehendere quid attinet, quas
Maiores nostri diligẽtissimè separa
uerunt? Opera autẽ bona secludere,
& nihil ad salutẽ pertinentia dicere
(quãuis fide destituta, inania sint) 2.Pet.1.
longè demẽtius est. Si enim fides in Roman. 2.
tercedente spe, in virtute stabilẽ & Luc.1.
firmum charitate autẽ adiuuãte ho Matth.5.
minẽ in Deũ, cęterosq; omnes quã 2.Pet.1.
optimè affectũ reddit, amorẽ hunc Apoca.22.
erga Deum, mortalesq; vniuersos, Colos.3.
virtutisq; cõtinuam obseruationẽ, Rom.6.
gratiã (quæ iustos reddit) demereri 1.Iohan.3.
sine cõtrouersia est. Nihil enĩ aliud Heb.6.
est, hominẽ iustificari, q̃ eum fide, Roman. 2.
spe, & charitate fulgere, fructibusq; Lu.12.
ex his stirpibus educatis abundare. Matth. 6.
Rom.8.

DE SACRAMENTORVM VSV, CAP. X.

AT quoniã principes dictas vir
tutes, in homine oportet esse
exi-

eximias, easq; cupiditatū fumis sæpe numerò impediri cōtingit, viciosisq; fructib⁹ adeo auerti, vt nisi aliū dè excitent, planè interiture sint, assidua cura inuigilandū est, ne quippiā eorū pretermittam⁹, quę ad prædictarū conseruationē cōducere videbunt. Plurimū aūt hac in re valēt Sacramēta, hoc est, diuinę gratię indicia, quæ videri possūt. Hæc herbescentē in homine fidē suauiter irrigāt, spinasq; cū ea voluptatū succrescētes exstirpant, vitā tribuūt, quęq; huic nocitura videbanī, è medio tollunt. Hāc aūt aliūde virtutē nō acceperūt, quàm à CHRISto effuso sanguine ad peccatorū condonationē.

1.Pet.2.

DE SACRAMENTO BAPTISMI, CA. XI.

Marc.ult. PRimùm igitur est Baptismi sacramentum, sine quo nemini salus

lus cōtingere poteſt. Cùm enim ho mo cōtractę ab Adamo labis ob tur pitudinem Deo diſpliceat ac damnationi ſit obnoxius, alia ratione maculā inuſtā eluere, Deūq; propitiū reddere haud poteſt, q̄ tinctiōe in ſanctiſsimę Trinitatis nomē acceptā, quæ ſanctificandi vim habet, ac cōciliandi numinis poteſtatem. 1. Cor. 10. 1. Cor. 2. Gal. 3.

Maturanda aūt hęc tinctio eſt, ne, ſi differatur, non contingat. Eiuſdē enim efficaciæ eſt inſantiū, ac eorū, qui ratiōis ſunt participes, ablutio, quæ iteranda non eſt, ob Dei fœderis cum homine pacti violatiōem.

DE ORIGINALI PECCATO, CAPVT XII.

PEccatū originale ab initio cōtra ctū, legitīaq; ſucceſsiōe à primis Rom. 5.
noſtris parētib⁹ ad nos vſq; ꝓpaga- Gal. 3.
tū, debita iuſtitię carētia eſt. Contra

cta

ctã auté hæc est lues iusti diuini ab Adamo præuaricatiōe, perpetuoq; ductu ad vniuersam posteritatē deriuata,& in ipso viuendi limine afEph.2. fricata. Tanta autem huius mali vis Roman. 1. est, vt homo qui eo tenetur, Deo displiceat, siq; eo adhuc infectus, in viuis esse desinat, ab æterna beatitudine remoueatur, nullaq; vitę hæreditas ad eum pertineat.

Iustáq; hanc Dei iracundiam incurrit, quia innatam eius similitudi- Ephe.2. Psal.50. nem, quã initio habuerat, perdidit, merãmq; pro ea ignorãtiam, incredulitatē, & concupiscētiam habet.

Incurrit etiam hanc indignationem perpetuam, si baptismate (vti diximus) non abluatur. Vbi autem per baptisma placere cœperit, condonationē quidem vicii consequitur, superest tamen in ipso concupi- Rom.8. scentia,

fcentia, radix omniũ criminũ, quæ si nõ recidatur, accepto ipsum candore spoliat, atq; à Deo auertit, statim igitur, vbi ætatis tyrocinio relicto intelligere cœperit, muniẽdus est Cõfirmationis sacramẽto, quo sancti Spiritus auxilium ad Christi professionem, Sathaneq; profligationem percipitur.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS, CA. XIII.

Confirmatio aũt est frontis ab Episcopo chrismate consignatio: quæ proptereà fit, vt omni nos timore abiecto, cũ hoste concurramus, cœlestiq; præsidio, quod inde accipim⁹, tuti, victoria parta de hoste triũphemus. Oleũ enĩ illud Spiritus, oleo percepta pinguedine sua charitatis ignẽ nutrit ac fouet: Oliua smaragdinũ illũ animi virorem Act. 8.

Mar. 10. conseruat. Balzamũ suauem ex vir-
Matth. 11. tutibus natum odorẽ effundit. Atq;
ita ad spiritualis vitæ exercitia cõfir
mati, Christo militare incipimus.
Per mare vehimur, cũ procellis flu-
ctuum dimicaturi, cũ implacabili
vẽtorũ rabie luctaturi, ne naufragiũ
patiamur, surda aure Syrenũ modu
los relicturi, ne vocis suauitate pelle
cti, mẽtitaq; coloris purpurei specie
cõcitati, in mare præcipitemur. Sed
ea viriũ nostrarũ est imbecillitas, vt,
quãuis à Spiritu sancto roborati, tã-
tis hostiũ copiis resistere non valea-
mus, & statim arma proiiciamus in
primo cũ aduersariorũ acie cõflictu.
Quid igit̃ in deditionẽ veniem⁹? ini
quissimasq; cõditiões acceptabim⁹?
nõ ita. Sed auxiliũ potius rursum ab
eo imploremus, q petẽtib⁹ nunquã
1. Ioh. 1. deest, q̃ ad se veniẽtes, licet in vitiis
Matth. 2. he-

hęserint, recipit, atq; ꝓ filiis habet.

DE POENITENTIAE SACRAMENTO, CA. XIIII.

PRoxima ergo, vbi victi fuerimus, viciſſq; incaſtos nos ipſos ſenſerimus, arma ſuppeditat inflictę pœnitudinis acerbitas, quę iuſta eſſe non poterit, ſi ex vero cognito ex vicio dolore nō proueniat, eiuſq; declinādi mentē nō adportet. Quid em̄ fictitię lachrymę fructus habēt, prēter vires cōcitādi numinis? Chriſto animi ęgritudinē, non corporis qualeſcūq; affectiōes ſine mentis lāguore paratas, agnoſcēte? Oportet igitur animi mœrore lachrymiſq; inde obortis peccatum dilui, quod optimè fiet, ſi ea quæ commiſimus, diligenter exacteque à nobis ipſis exigamus, eorumq; turpitudinem conſideremus, numiniſque inde

Ierem. 31. Matth. 2.

Matth. 5.

prouocatam esse iracũdiam ex animo defleamus, gratiã postulemus. Vicia deinceps fugere in mente cõfirmemus, Deũq; rogemus, vt hanc mentẽ suscipiat ac roboret. Verùm quia cõmissa peccata prius seriò deplorare haud poterimus, quã eorũ turpitudinẽ cognouerimus, nec ea fugere, quàm euitandi rationẽ didicerimus, consultissimũ erit medicũ

Iac.5. Matth.3. Act.10. 1. Ioann. 1. Prou.18.

adire, qui nostri morbi naturã perspectã habeat, eiusq; sanandi, & eradicandi peritia sit instructus: neq; pudeat etiã vitiorum nostrorũ conscientiã illi omnẽ aperire, cui condonãdi peccata facultas tradita est, cũ non veriti fuerimus, eorũ perpetratione Deum optimũ maximum offendere, eiusq; summã indignationẽ incurrere: profiteamur Deo igitur, atq; presbyteris delicta nostra.

Illi

Illi quidem, vt remissionẽ cõsequamur, his autẽ vt diuinæ volũtati pareamus, eaq; declinãdi modũ edisca mus, tũ vt in magis prouidos ad ea vitãda euadere queamus: neq; parũ valet ad numinis parandã benignitatẽ atq; clementiã, in prima Ecclesia ab apostolis instituta confessio, quæ criminũ enumeratio est, Neq; displicet indicta pro criminum magnitudine pœna atq; afflictio (quæ ea seueritate, qua nouellæ ecclesiæ temporibus quorundã ob cõtumaciã, fieri desiit.) Quamuis enĩ libera litate sua nobis ignoscat, atq; parcat Deus, solusq; vicia remittat: gaudet tamẽ iis, quę à nobis suscipiũt, et à presbytero proponũtur, suppliciis: quia ad animi ostendendã ægritudinẽ, & cum volũtate nostra susceptã fuisse pœnitudinem, indicio esse

Iac. 5.

Lege historiam tripartitam.

Gen. 2.

2. Reg. 12.

possunt, carnemq; exercere, vt cautius peccata fugiat, virtutibusq; assuefiat, supplicia valent.

DE SACRAMENTO
EVCHARISTIAE, CA. XV.

EVcharistiȩ sacramētū corporis & sanguinis Dñi participatio est. Cōficitur aūt ex pane & vino à sa-
Matth. 22. cerdote cōsecratis. Non tamē dñici
Mar. 14. corporis effigies cernit, ne terrore
Luc. 22. cōpulsus à sumptiōe homo abstine-
1.Cor. 11. at, at nimio prę stupore Dominum suū māducare verè vereatur, quod proculdubiò contingeret. Christus itaq; ardētissimi sui in genus humanū desiderii exemplum statuens, viuum corpus suum, verumq; sanguinem, vt eo pasceretur, ipsi reliquit.

Ac ne nimia veneratione intactū corpus homo pateretur, aut à sanguine abstineret, sub panis viniq; sen-

ſenſibili ſpecie latitare voluit. Neque hoc ipſi factu arduum fuit, qui orbem antea ex nihilo creauerat, fugiētis Loth vxorē ad ciuitatē periclitantē oculos cōuertentē in Salis ſtatuā cōuerterat. Ex Moſeos virga ſerpentē priꝰ excitauerat. Cōſultū itaq; hoc modo humanę fragilitati, cùm nihil homini eſſet hoc cōuiuio magis neceſſariū, quo quotidie viciis cōtaminaretur, animaq; famelicā quò paſceret, haberet nihil. Verū quo hoc ſacramētū excellētius eſt, pręq; cęteris maiori obſeruatiōe dignū, eò diuturnior eiꝰ ad perceptionē ꝑparatio reqrit. Oēs igit hinc arcendi ſunt, q pueritiā agūt, primoſq; illos inſipiētis ætatis ānos nō exceſſerūt, donec adoleſcētiā agere cœperīt, viciūq; inter virtutē dignoſcere potuerīt. Huc verò poſtq̄ peruenerūt, ad huius tā

Gen. 1.
Gen. 19.
Exod. 7.
1. Cor. 5.
Ioan. 6.
1. Cori. 10.

dem Sacramenti perceptionē sunt
assuefaciēdi, principiò quidē vt dili
gēter hac in re instituant, christianę
persuasionis articulos teneāt, Chri-
Matth. 22. Mar. 14. stiq; passiōem (cui⁹ in recordationē
sacramentum hoc institutū est) in
memoria habeāt, peccata defleāt, ac
confiteātur. Omis enī qui viciis ob
1. Cor. 12. noxius est, ab hac mēsæ societate ex
pellēdus creditur, ne indignus hūc
panē edat, ac calicem bibat. Sit igi
tur præparatio diligens, quæ facilis
erit, si vilitatem propriā, suiq; hospi
tis dignitatem, ac maiestatē ob ocu
los ponat, quāq; graue suppliciū, si
indignè ipsum tractet, sit daturus.
Optimè aūt præparabitur, si virtutū
ornamētis animū decoret, vitia cor
dis è domicilio expellat, cōcupiscen
tiā eradicet, fidē habeat, summoq;
hospitē amore prosequat, omnē in

eo

eo fiduciam collocet, perpetuoq́; apud se esse velit, omniaque tollat, quæ mutuã ad amicitiã conseruandã impedimento esse posśint. Hoc autẽ modo si dominus excipiatur, ineffabilem beneficiorum copiã secũ allaturus erit: nihil enim ei deesse vnquàm poterit, quod ad vitam rectè degendam animæq́; tranquillitatem conseruandam facere videatur, qui Deum in visceribus suis cõtinet: omnem enim dulcedinẽ sentit, aduersus Sathanæ insultatiõem munitus est, Deiq́; sui bonis omnibus fruitur. Si verò haud examinata conscientia impurus homo hãc ad mẽsæ participationem accedat, nõn modo gratiam non adipiscitur, verùm etiã in indignationem summam incidit, ad sceleratisśima quæq́; rapitur, iudiciumq́; incurrit. Iob.6. 2. Cor.2.

Examinatio igitur præeat, atq; diligens deliberatio sanctißimi huius conuiuii accesſionem, quod iis, qui nuptialibus vestibus suis ornatur, suauißimum est, sordidis autẽ atque pannosis longè pestilentißimum.

DE ORDINIS SACRAMENTO, CAPVT decimum sextum.

Luc.10. Mar.5. Mat.10. Ioh.20. Esai.6. Ordinis sacramentum institutum à Christo est, multisque in locis ab ipso promulgatum, ne, si quilibet docendi sibi partes Euangelii assumeret, doctrina incerta fluctuaret, neue illi deessent, qui

Act.15. 1.Timo.4. 1.Timo.2. paruulis petentibus panem frangere possent. Postremò, ne ex personarum administratione, verùm authoritate diuina verbi ministerii

Tit.2. 1.Thes.5. ac Sacramentorum quispiam metiretur.

tiretur. Hæc cùm ita ſint, cautio ad- Pet.5.
hibenda eſt, ne vineæ domini plãta- Act.6.
tores aut putatores indocti præficiã-
tur, caneſq; pro cuſtodibus adhibe-
antur, qui latrare, fureſque auertere
nequeãt: quales hac tẽpeſtate (proh
dolor) vndiq; præeſſe manifeſtius
eſt, quàm vt dici oporteat. Si igiť tur-
bas in Eccleſia concitatas curæ erit,
(vt omnibus eſſe debet) religionũq;
controuerſias cõponere, priſtinãq;
in formã omia redigere, populi mo-
res corrigere, deligẽdi erũt in verbi
miniſteriũ illi, qui viuẽdi rationem
mõſtrent, dictãq; ſua ſacris ex lite-
ris petita, moribꝰ ac vita exprimãt.
Quandiu enim ipſi à virtute abhor-
rẽt, quomodo eam populo perſua-
deant eſſe ſequendam? cùm ita
multitudinis ingenio comparatũ
ſit, vt ductoris ſui iter facillimè

ſequa-

ſequatur,quanquam etiam cum au thoritate ad populum dicere non poterit, cuius mores ab oratione diſsident, quiq́; parem verbis vitā non agit. Graues igitur viri,hominesq́; eruditi,conſummata diuinarum literarū doctrina prædìti,ſacris officiis inaugurandi, obeundiſque Eccleſiaſticis muneribus initiandi ſunt,vt priſtinus Eccleſię nitor prę ſectorum incuria,oſcitantiaq́; reſu pina obfuſcatus, eorum iterum ſedulitate ac diligentia reſtituatur.

DE MATRIMONII SACRAMEMTO, CAPVT *decimum ſeptimum.*

CHriſtus Ieſus humanam infirmitatē cùm perſpectam haberet,videretq́; quanta difficultate carnis libidines, atq; immoderati impetus coherceri poſsint, multumq́;

tumq; inde periculi immineret ho-
mini,qui carni obedire consueuis- Eph.5.
set,instituit matrimonii Sacramen Heb.13.
tum,quo illegitimæ veneris discri- Mat.19.
men euitari, ac grande citra pecca- 1.Corin.7.
tum carni indulgeri possit,marito Pro.19.
cum vxore consuetudinem haben- 1.Thes.4.
te procreandi causa. Quotquot i- 1.Tim.6.
gitur nōdum castitatē professi cœlibatus,puritatem assequi nequeūt, connubii remedium carni lasciuię ti adhibeant, ne more paganorum obsequentes libidini, damnationem incurrant. Principiò autem infirmitas Deo cōfitenda est, vxorque deligenda,quæ toto vitæ tempore retineatur prolis suscitandæ gratia.

DE VNCTIONIS SACRAMENTO, CAPVT *ultimum.*

Iac. 5. Quoties verò grauem in ægritudinem hominem incidere cõtingit, oleo sacro inungendus est, atq; precatione adiuuandus, vt peccatorum remissionem fide pœnitẽtiaq́ue sua consequatur, sibiq́; persuadeat in extrema se pugna esse constitutum, vnctioneq́; propterea muniri, vt hostium impetus sustinere, cunctosq́; insultus ferre valeat, in Christo Iesu Domino nostro.

FINIS.




La Spezia
LABORATORIO
SANT AGOSTINO

